

# La vila de les Coves i la casa reial

Pere-Enric Barreda

A Barcelona, l'Arxiu Reial o de la Corona d'Aragó, es conserven llibres o registres amb còpies de tots els documents expedits per reis a partir de Jaume I l'any 1257. Per això avui en dia s'hi poden trobar molts diplomes dirigits als nostres poble, que d'altra manera s'haurien perdut. Tinc intenció d'anar donant a conèixer els textos relatius a les Coves, que es publicaran en la seua versió original llatina, amb traducció i un breu comentari.

## 1. El reial privilegi de mercat (1321 - 1322).

Jaime II s'havia compromès a confirmar les franqueses o llibertats que fruïen els vassalls de Montesa en temps del Temple i de l'Hospital, sempre que dits vassalls donaren certes garanties a favor del notari de Montcada a Vidal de Vilanova, conseller reial. Tothom ho va fer menys la tinença de les Coves. El rei llavors es dirigeix, amb data de 8 de juny de 1321, al mestre frare Arnau de Soler perquè ho resolga, i devia quedar satisfet perquè el 20 de novembre de 1321, de Tortosa estant, li otorgà un privilegi de mercat per a dit lloc. Es faria en dimecres, i tothom que hi anara tindria garanties. Tanmateix, la data de dimecres no devia semblar massa bé als covarxins, potser per la concurrència del mercat amb algun poble veí. Per això, a petició del mestre el canvià l'any següent de dimecres a divendres. El document és datat a Tortosa, 5 d'abril de 1322 (reg. 221, 216). La forma de fer-ho és redactant un nou document amb el primer inclòs a dins en senyal d'anulació.

### *Loci de les Coves.*

*Nos, Iacobus, [Dei gratia regis Aragonum, Valentie, Sardinie et Corsice ac comitis Barchinone], attendentes nos nuper, ad supplicem postulationem venerabilis et religiosi viri fratris Arnaldi de Solerio, magistri domus milicie de Montesia, concessisse ut in loco de Covis de Avinromano, milicie supradicte, celebraretur mercatum in die mercurii cuiuslibet septimane, prout de ipsa concessione apparet per privilegium nostrum quod inde fieri fecimus, continentie subsequenter:*

*Nos, Iacobus, Dei gratia rex Aragonum, et cetera, ad humilem supplicationem vestri, venerabilis et religiosi fratris Arnaldi de Solerio, magistri monasterii beate Marie de Muntesia, Calatravensis ordinis, concedimus*

*quod in loco de Covis de Avinromano, dicti ordinis, sit et celebretur mercatum in die mercurii cuiuslibet septimane, volentes et concedentes quod omnes et singuli, cuiuscumque legis, status aut condicionis existant, venientes ad dictum mercatum, malefactoribus et bannitis dumtaxat exceptis, sint salvi et securi, cum omnibus bonis seu mercibus suis, inveniendo ad ipsum mercatum, stando et eciam redeundo, ita quod non capiantur vel pignorentur in persona vel bonis suis, culpa crimine vel debitis alienis, nisi ipsi principales debitores fuerint aut fidei iussorio nomine obligati, nec etiam in hiis casibus, nisi prius in eis vel bonis eorum reperta fatica fuerit de directo. Mandamus igitur per presentem cartam procuratoribus eorumque vices gerentibus nec non baiulis, iustitiis ceterisque officialibus et subditis nostris, presentibus et futuris, quod presentem concessionem nostram firmam habeant et observent et non contraveniant nec aliquem contravenire permittant aliqua ratione. Quicumque autem contra predicta, ausu temerario ductus, venire attemptaverit, iram et indignationem nostram et penam -d- aureorum, nostro erario applicandorum, se noverit incurrisse, dampno illato primitus et plenarie restituto. In cuius rei testimonium presenti carte sigillum nostrum appendicium iussimus apponendum. Datis Dertuse, xii<sup>o</sup> kalendas decembris, anno Domini m<sup>o</sup> cc<sup>o</sup>xxx<sup>o</sup> primo. Signum + Iacobi, Dei gratia regis Aragonum, Valentie, Sardinie et Corsice, ac comitis Barchinone. Testes sunt inclitus infans Petrus domini regis filius, Berengarius Dertusensis episcopus, Guillelmus de Montecatheno, Othonus de Montecatheno, et Raimundus Corneli. Sig + num mei. Guillelmi Augusti, scriptoris predicti domini regis, qui mandato eiusdem hec scribi feci et clausi loco, die et anno prefixis.*

*Et nunc prefatus magister milicie de Muntesia, a nobis supplicando, petierit ut celebrationem dicti mercati ad diem veneris commutare de benignitate regia dignaremur, cum utilius fore noscatur et magis opportunum loco predicto celebrari dictum mercatum dicta die veneris quam prefata die mercurii in predicto nostro privilegio assignata. Ideo, supplicationi dicti magistri favorabiliter annuentes, restituto in cancellaria nostra ipso privilegio et inibi per cautela curie lacerato, concedimus quod, non obstante priori concessione nostra, sit et celebretur de cetero in dicto loco de Covis de Avinromano*